Henr Turret de London Goldesmyth querit de Phō Boteler armiger nup vic coin Hertf presente hic in cur sup compoto officii sui vicecomitat illius de plito q reddat ei sexaginta et decem libras quas ei debet et iniuste detinet &c. p eo videlicet q cum pdictus Henricus tam p dño rege q p seipso in cur dñi regis nunc coram ipso rege apud Westm termino scti Michaelis anno regni sui. xxvii. psecut fuisset quandam billam versus Robertū Burgeis nuper de Hertford in coin Hertf yoman W. Canewyke de Stenenache in coin Hertf yoman, Thomā Hull nup de Hertford in coin Hertf yoman et Willm Wylde de Hertf in coin Hertf weuer tunc in custodia Mar Mareschi ipsius regis coram ipso rege existentes supponendo p billam illam q cum in statuto in parliamento ipsius dñi regis nunc apud Westm anno regni sui. viii. tento edito ordinatū et stabilitū sit q sup quolibet indictamento siue appello p quod aliqui ligeorū ipsius regis cōmorantes in aliis coin q vbi tale indictamentū siue appellum de pdicione felonia vel transgr captū sit vel de cetero capietur corā Justic pacis vel aliquo alio potestatem habente huiusmodi indictamenta siue appella capiend aut aliis cōmissionariis seu Justic in aliquo coin franchesia seu libertate Angl in exigend poni et postmodū vtlagari possint ante aliquod bre de Exigend adiudicatū super aliquo indictamento siue appello in forma pdicta capiend statim post primū bre de capias sup quolibet huiusmodi indictamento siue appello adiudicatū et retornatum vnum aliud bre de Capias adiudicetur directū vic coin vnde ille qui sic indictatur siue appellat supponitur aut supponebatur p idem indictamentū siue appellum conuersari retornabile coram eisdem Justic siue cōmissionariis coram quibus ille indictatus vel appellatus existit ad certum diem spaciū triū mensium a dat dicti posterioris bris continent vbi coin tenentur de mense in mensem et vbi coin de sex septimanis in sex septimanas tenentur habeat spacium quatuor mensium vsq diem retorni eiusdem bris per quod quidē scdm bre de Capias contineatur et mandetur eidem vic q capiat illum qui sic indictatus siue appellatus existit p corpus suū si inueniri possit infra balliuam suam et si infra eandem balliuam suam non possit inueniri idem vic pclamationem faciet in duobus coin ante retornū eiusdē bris q ille sic est indictatus siue appellatus compareat corā Justic siue cōmissionariis pdictis in coin libertate vel franchesia vbi indictatus est vel appellatus ad diem in dicto posteriori bri de Capias contentū ad respondend dño regi et parti de pdicione felonia seu transgr vnde sic indictat vel appellatus existit, post quod quidem scdm breue de Capias sic executū et retornatū si ille qui sic indictat est vel appellatus ad dic eiusdem bris de Capias retorni non veniat adiudicetur bre de Exigend contra tales indictatos vel appellatos et quemlibet eorum et si extunc aliquod bre de Exigend sup aliquo huiusmodi indictamento vel appello contra formā predictam adiudicetur vel aliqua vtlagaria super illo pmulgetur tam exigend ille sic adiudicate q vtlagarie superinde pmulgate et quelibet earundem p nullis teneantur et cassentur et q pars super qua huiusmodi exigend contra formā predictam adiudicat vel vtlagaria promulgata fuerit non dampnificetur nec ponat ad perditionē de bonis vel catallis terris seu tenetis suis nec de vita sua et q quilibet decetero in forma pdicta indictatus vel appellatus post q per veredictū debite acquietatus fuerit habeat bre et actionē super casu suo contra quēlibet pcuratorē huiusmodi indictamentorū vel appellorū q fiat talis pcessus super et in eodē bri sicut in bri de transgr vi et armis fcā et si talis

Det sup recuperatione in bri sup statut de anno octauo versus pcuratores indictamentorū vel appellatorum eo q uic permisit prisonariū euadere.

procurator convictus fuerit in hac parte q pars querens recuperet dampna sua ad triplum predicti R.W.T.et W.conspiratione int eos apud Kyngeston super Thames in com Surr die Lune proxim post clausum Pasche ano regni regis H.sexti post conquestu vicesimo quinto phabita prefatum Henr coram Johane Prysot Pho Boteler et sociis suis iustic ipsius regis ad divsa felonias transgr & malefact in pdicto com Hertf audiend et terminand assign apud scm Albanum in dicto com Hertf die Jouis proxim post clausu Pasche anno vicesimo quinto supradicto de eo q ipe die Martis proxim ante festum sancti Georgii martiris dicto anno vicesimo quinto vi et armis cum gladiis &c.clausum et domos Roberti Burgeis apud Hertford fregit & intravit et in Robertum Benby tenentem predicti Roberti Burgeis adtunc et ibidem inventum insultum fecit verberavit et maletractavit contra pacem domini regis predicti indictari et ipsum ea occasione apud Hertford in com Hertf quousq cora Pho Boteler Rodo Grey et Johanne Chenall custodibus pacis domini Regis ac Justic suis ad divsa felonias transgr et malefca in pdicto com Hertf audiend et terminand assign secudum legem et cons regni dicti dni regis Angl inde apud Hertford in dco com Hertf die Jouis prim post festu Epiphanie dni anno regni dni regis pdicti vicesimo sexto debite p veredictu acquietatus fuisset detineri falso et maliciose pcurasset quamq predictus Henr in dicto com Hertf tempore captionis eiusdem indictamenti seu antea non morabat in dicti domini regis contemptum et ipsius Henr dampnum centum librar ac contra forma statuti predicti et invenisset pleg de pros scilicet R. Reuet et Petrum Pole postmodumq scilicet die Veneris proxim post oct sancti Hilarii anno.xxvii.supradicto usq que die pdci R.B.yoman Wil.Thomas et Willus habuer licentiam inde interloquendi comparentibus coram dno Rege apud Westm tam predicto Henr q eisdem R.W.Thoma et Willo in pprius psonis suis iide W. Thomas et Willus ad billam predictam respondendo dixissent q ipsi in nullo fuert inde culpabil et de hoc posuissent se super patriam et predictus Henric similiter per q cons fuit q veniret inde iur coram domino Rege apud Westm die Mercurii prim post.xviii. Pasche tunc proxim sequen et qui nec &c.ad recogn &c. quia tam &c. & ide dies data fuit tam prefat Henr quam eisdem Willo Thome et Willo &c. et etiam prefato Roberto Burgeys yoman super alio plito per ipsum in ea parte placitat &c. et super hoc continuatus fuisset inde processus inter ipsum Henr et eosdem Willm Thomam et Wilhelmum per iuratas positas inde in respectu et inter ipsum Henr et predict Robertum Burgeys yoman per dies datos coram domino rege apud westm usq diem Martis proxim post tres septimanas Pasche anno regni dni regis pdicti vicesimo octavo ad que diem cora dno rege ibm ven ta pdict H.q pdicti W.T.& W in propriis personis suis et iur iurate predicte exact sic ven qui ad veritate int predictum Henr et eosdem Willm Thomam et Willm de premissis dicend electi triati et iurati dixerunt super sacrm suum q predictus Wills Canewyke in nullo fuit culpabil de conspiratione predicta et q predicti Thomas et Wills Wylde culpabiles fuer de cspiratione pdicta modo et forma quib ide Henr superius vers eos querebat Et assesserut dapna ipsius Henr occasione conspirationis pdicte ad.xx.marc & p misis et custagiis suis circa secta sua in ea pte appositis ad.x.li.que dampna iuxta formam statuti predicti triplicat in toto se attingu ad predictas sexaginta et decem libras sup quo predictus Henr tunc ibidem coram dno rege fatebat se nolle ulterius psequi versus predictum Robertu Burgeys de plito predicto et petiit iudicium suum sibi versus predictos Thomam et Willm Wylde in ea parte reddi per quod cons fuit q ide Henr recuperaret versus eosde Thomam et Willm wylde dampna sua predicta ad sexaginta et decem libras in forma predicta assessa et triplicata et q iidem Thomas et Wills caperent &c.postmodumq dcus dns rex p bre sua cuius dat est sexto die Maii anno regni sui vicesimo octavo quod super iudicio predicto cora ipso rege emanavit precepisset tunc vic Surr quod non omitteret &c.quin caperet predictos T.& Wilhelmum Wylde si &c.et salvo &c. Ita q haberet corpora eorum coram domino Rege apud Westm die Lune prim post crastinu Ascenc dni tunc pxim sequen ad satisfac dno R. de fine occone contempt & transgr pdict ctra forma statuti pm pfato Henr fact

unde per iuratū patrie in forma predicta cōuicti fuerūt ad quem diem coram dño rege apud westm̄ Johēs Penycoke tunc vic' Midd' super brē illo retorn̄ q̄ iidem Thomas et Wills non fuerūt inuenti in balliua sua p̄ quod tunc preceptū fuit vic' Midd' q̄ exigi faceret eos de com̄ in com̄ quousq̄ zc. vtlagarentur si nō zc. et si zc. tunc eos caperet et saluo zc. Ita q̄ haberet corpora eorū coram dño rege in octabis scti Martini tunc prox. sequē vbicunq̄ zc. ad satisfaciend̄ dño regi de fine p̄dicto zc. ad quē diē coram dño rege apud westm̄ p̄dictus Johēs Penycoke tunc vic' Midd' super brē de exigend̄ inde retorn̄ q̄ iidem Thomas et Wills ad com̄ Midd' tent̄ apd̄ Gyldehaw die Mercurii vicesimo octauo die Octobr' āno regni dñi regis p̄dicti vicesimo nono et sic ad quatuor com̄ tunc prim̄ precedent̄ ibidm̄ tent̄ exacti fuerūt et ad nullū eorundem com̄ comparuerunt ideo vtlagati fuerunt. Super quo postea dñs rex per brē suū de capias vtlegatum quod idem Henr' p̄ ipso rege p̄sequebatur cui' dat̄ est sexto die Nouembris anno vicesimo nono supradicto tunc vic' dicti com̄ Hertf' precepit q̄ non omitteret zc. quin caperet eosdem Thomam et Willm̄ si zc. et saluo zc. Ita q̄ haber' corpora eorū coram ipso rege in crastino Ascensionis dñi tūc prox. sequē vbicunq̄ zc. ad standū recto in curia ipsius regis coram ipso rege super vtlagariis p̄dictis in ipsos in forma predicta p̄mulgatis q̄ quidem brē idem Henr' vicesimo die May anno vicesimo nono supradicto apd̄ villā Westm̄ in com̄ Midd' p̄fato Phō Botiler armigero tunc vic' Hertf' deliberauit fideliē exequend̄ et eidem Phō tunc ibidem certificauit q̄ iidem Thomas et Wills eidem Henr' in p̄dictis sexaginta et decē libris in forma predicta condempnati fuerunt et q̄ idem Henr' ad execucionem inde de corporib' eorundem Thome et Willi assequend̄ brē illud eidem vic' dirigi p̄secutus fuit, virtute cuius brīs idem Phūs tunc vic' vicesimo septimo die May anno vicesimo nono supradicto p̄dictū Thomā apud Hertf' in dicto com̄ Hertf' cepit et ipsum in prisona dñi regis sub custodia ipsius tunc vic' ab eodem die vsq̄ secūdū diem Junii tūc prox. sequē detinuit z eundē Thomam eodem secundo die Junii a prisona predicta et a custodia ipsius Phi tunc vic' apud villam westm̄ in dicto com̄ Midd' ad largum ire permisit eodem Henr' de p̄dictis sexaginta z decem libris minime satisfacto p̄ quod actio accreuit eidem Henr' ad hend̄ et exigend̄ de predicto Phō nup vic' predictas sexaginta et decem libras p̄dictus tamen Phūs nuper vic' licet sepius requisitus zc. p̄dictas sexaginta et decem libras eidem Henr' nundum reddidit sed illas ei hucusq̄ reddere contradixit. Et adhuc contradicit ad dampnū ipsius Henr' viginti librarum zc. Et inde petit remedium. zc.

Thes' et baronibus de Sccio dñi Regis.

¶ Johēs Felde ciuis et Stokfysshmonger London̄ queritur versus Geruasiū Clyfton̄ chiualē nup vic' dicti com̄ Kanc' p̄sentem hic in Cur' sup compoto suo de officio vicecom̄ eiusdem com̄ hic adhuc scīn reddendo de eo q̄ p̄dictus nup vic' ei debet et iniuste detinet quatuor viginti libras sterlingorū et pro eo iniuste q̄ cum quidā Johānes Petyt de London mercerus vicesimo primo die Aprilis anno regni dñi regis nunc tricesimo quarto coram Henrico Frowyll tunc maiore stapule westm̄ ad recognitiones debitorū in eadem stapula accipiend̄ deputato recognouisset se debere prefato querenti .lxxx. li. predictas quas ei soluisse debuisset in festo sancti Michaelis archangeli tunc proxim̄ futur' ad quod quidem festū predictus Johēs Petyt non soluit prefato querenti .lxxx. li. predictas nec vllum denarium inde ob quod p̄dict' querens virtute cuiusdam certificationis inde in cancellar' dicti dñi regis apud westm̄ videlicet vicesimo quinto die Nouembr' āno regni dicti dñi regis .xxxvii. p̄ Galfrm̄ Feldyng tunc maiorem eiusdem stapule fcē prosecutus fuit quoddā brē dicti dñi regis sub magno sigillo suo extra cancellar' dicti dñi regis apud Westm̄ de data .xxvi. die Januar' dicto anno .xxvii. retornabile coram dicto dño rege in Cancellar' sua p̄dicta .xx. die Aprilis tunc prox. sequē vbicunq̄ tunc fuisset direct̄ tunc vic' com̄ p̄dicti per quod quidem brē dictus dñs rex recitans pro eo q̄ predictus Johēs Petyt dicto .xx. die Aprilis dicto anno .xxxiiii. coram p̄fat̄ Henr' Frowyll adtunc maiore stapule predicte ad recognitiones debitorū in eadem stapula accipiend̄ deputato recognouisset se debere prefato querenti .lxxx. li. p̄dictas quas ei soluisse debuisset in dicto festo scti Michaelis

Det versus vic' ubi hūit unum in execucione virtute statut' mercatorii et postea permisit prisonā evadere.

Michael tūc proxim̄ sequeñ et illas eidem adtunc non soluit eidē adtūc vic' precipit q corpus predicti J. Petyt si laicus fuisset capi et in prisona dicti dn̄i regis donec eidē querenti de debito predicto plenarie satisfecisset saluo custodiri et omnia terras ꝗ cat predicti J. Petyt in balliua sua p sacrm̄ proborū et legalium hominū de dcā balliua sua per quos rei veritas melius sciri potuisset iuxta verum valorem eorūdē diligent extendi et appreciari ꝗ in manū dicti dn̄i regis seisire faceret vt ea prefato querenti quousqȝ eidem querenti de debito predicto plenar' satisfcm̄ fuisset liberari faceret iuxta formam ordinationis inde facte. Et qualit' idem vic' preceptum illud fuisset executus scire faceret dicto dn̄o regi in cancellar' sua pdicta ad .xx. diem Aprilis pdict' vbicūqȝ adtunc fuisset p l'ras suas sigillat. Et q̄ hēret ibi breue illud ꝛc. prout in eodem breui plenius continet' que quidem breue deliberatum fuit p dict' querentē .xxvi. die Febr' dicto anno .xxxvii. apud London̄ in parochia sancti Magni in warda Pontis dicto nup vic' iam defendenti adtūc vic' com̄ predicti p manus J. Brode adtūc subvic' eiusdem def' exequend' virtute cuius quidem breuis pdict' nuper vic' iā defendens .xviii. die Marcii adtūc proxim̄ sequeñ apud vill' de Brigge in com̄ predicto p predictum subvic' suū cepit et arestauit corpus predicti J. Petyt ꝗ ipsū Johānem ibm̄ in custodia sua hūit sub aresto illo eodem .xviii. die Marcii dicto ãno .xxxvii. et ꝯtinue postea vsqȝ p vicesimū diem Marcii tūc proxim̄ sequeñ que quidem vicesimo die Marcii predictus nup vic' apud villam de Brigge pdictam pmisit pdictū J. Petyt ire ad largū extra custodiam suam pfat' querenti de .lxxx. li. predictis aut de aliqua inde pcell' minime satisfacto nec breui illo in cancellar' predict' quoquomodo retornat' causa cuius ire ad largum actio de debito accreuit prefato querenti ad exigend' et hēnd' de prefat' nup vic' .lxxx. li. predictas. Et licet predictus querens sepius post predictū ire ad largum apud eandem villam requisiuerit prefatum nup vic' iam defendētem ad ei soluend' .lxxx. li. predictas idem tamē nuper vic' iam defendens licet sepi' requisit' .lxxx. li. illas prefato querenti nō soluit nec illas ei adhuc soluere voluerit sed hoc facere cōtradixit et adhuc contradicit et vnde predictus querens deterioratus et dampnum hēt ad valentiam viginti et sex librarū et hoc offert ꝛc.

Pleg' de pros. Johannes Haunt et Ricardus Dent

Informatio vers' Sirurgicum eo q ipse occupauit artē sirurgicam et nō fuit admiss. et ipse dicit q fuit admiss. p episcopum Lōdon̄ et alias in arte illa expert.

Et modo scilt ꝛc. hoc termino venit hic predict' A. B. p J. C. attorn̄ suū ꝗ defend' vim et iniur' ꝛc. et petit auditū informatiōis predicte et ei legit' qua lecta et audita idē A. B. ptestando q informatio pdicta minꝰ sufficiens est in lege ad quā ipse necesse nō habet nec p legem terre tenetur respondere p plito enim dicit q ipse per aliqua in informatiōe illa supius specificat' in aliquo molestari vexari aut turbari nō debeat nec de aliquibꝰ denar' sūmis versus dn̄m regem aut pdictum Thomam Cūtr' p pmissis seu aliquo premissorū onerari nō debent qȝ dicit q post dictū tempus ordinatiōis predicte supius fact' et diu ante dictū sextū diem Decembr' in informatione pdicta superius specificat' scilt decimo septimo die Februarii anno regni dicti dn̄i regis nunc quarto apud London̄ in ecclesia cathedralis sancti Pauli infra wardā de Farindon̄ infra idem A. B. venit corā Ricō tunc et adhuc London̄ Epō in ppria persona sua et adtunc et ibidem coram eodem epō ac Ri. B. J. L. D. C. et T. P. Sirurgicis in arte Sirurgica valde expertis et sufficient' erudit' et per dictū epm̄ adhoc spāli' adtunc et ibidem vocat' idem A. B. in arte sirurgica predicta debite et exacte examinatus fuit et sup examinationē illam sic inde fact' idem A. B. postea eisdem die et loco ad occupand' et exercend' artē sirurgicam pdictam p eundem epm̄ approbat' ꝗ legitime admissus fuit iuxta formam statuti predicti et pfert hic in cur' l'ras predicti epi patētes testificantes examinationē et approbationē pdict' pextu cuius admissionis idem A. B. artem Sirurgicā ab eodem tempore huc vsqȝ exercuit et occupauit prout et bene licuit et hoc paratus est verificare put cur' ꝛc. vnde petit iudm̄ si ipse pretextu alicuꝰ premissorū in aliquo vexari inquietari aut turbari debeat ꝛc. et quo ad exercitiū ꝗ occupationem p dictū A. B. fact' ac in dicta informatione specificat' tanq̄ publicus idē A. B. dicit q dict' quer' actionē suā pdictā versꝰ eū manutenere nō debeat qȝ dicit q ad

artem

artem sirurgicam pertinet et a tempore cuius contrarii memoria hoim non existit ptinuit et pertinere debuit cuilibet sirurgico in facultate sirurgica experte et educt e docend dietā ac dare medicinam suis pacientibus curam egentibus put p inspectionem exitus vulnerū et morborū eorundem pacientiū sibi videbatur fore necessarium put in libris Aucentenū Gilberti Anglici et Petri de Argelat auctor in arte sirurgica pfundissime eruditarū plene liquet p quod ipse dicto sexto die Decembr̄ āno. viii. supradicto et diu postea apud London in pochia p̄dicta super inspectione exit vulnerū et morbor suorū pacienc edocebat eisdem pacien suis dietam et debit medicinas et cetā eis egebat et ministrabat que ad artem sirurgicam ptinent et pertiner consueuer a tempore cuius contrarii memoria hoim non existit put ei bene licuit absq hoc ꝙ ipse vnq exercuit aut occupauit tanq phisicus put per informacionem p̄dictam supperius supponitur et hoc parat est verificare put curia ꝛc. vnde petit iudic et ꝙ ipse de p̄missis ab hac curia quiet dimittatur ꝛc.

Essex. In det p'per execut def. p'litat relaxationē testatoris que quidem relaxatio intratur verbatim.

¶ Wills Shale nup de Kyngston sup Thames in com Surr valectus corone dni regis alias dcūs Wills Shale valect dni regis sum fuit ad respōdend Jobi Moke de Shaldwell et Willo Tylford de Fobbyng executoribus testamēti J. Atwode de Estylbury in com p̄dicto yomā de plito ꝙ reddat eis quadraginta marcas quas eis iniuste detinet ꝛc. et vnde iidem executores p Thomā Mountgomery attorn suū dic ꝙ cum predictus Wills Shale vicesimo die Augusti anno regni dni regis nunc tertiodecimo apud Estylbury per quoddam scriptū obligatoriū concessisset se teneri prefat Jobi Atwode in vita sua in predictis quadraginta marcis soluend eidem Jobi in festo sci Michaelis archi tunc proxim sequ p̄dictus tamē W. Shale licet sepius requisit p̄dictas quadraginta marcas eidem J. in vita sua nec eisdem executoribus post mortem eiusdem J. non reddidit sed ill eidem J. reddere contradixit ac ill eisdem executoribus adhuc reddere contradicit ac iniuste detinet vnde dicit ꝙ deteriorat sunt et dampnū habent ad valenc decem marcarū et vnde pducit sect et pferūt hic in curiam scriptum p̄dictū ꝙ debitū p̄dictū in forma p̄dicta cuius dat est die et anno supradictis ꝙ litteras testamentarias p̄dicti J. Atwode per quas satis liquet cur hic ipsos J. Moke et Willm Tylford fore executores testamenti p̄dicti Jobis Atwode et inde habere administrationem. Et predictus W. Shale in ppria persona sua venit et defend vim et iniur quando ꝛc. et dicit ꝙ predicti executores actionem suā versus eum habere non debent quia dicit ꝙ post confectionem scripti p̄dicti scilicet decimo die Nouembris anno regni dni regis nunc quinto decimo p̄dictus J. Atwode p nomen J. Atwode de Estylbury in com Esser yoman apud Suthwerke in p̄dicto com Surr per quoddam scriptum suum relaxationis quod idem W. Shale sigillo ipsius J. signat hic in cur profert cuius dat eisdem die et anno cuius tenor sequitur in hec verba.

Nouerint vniuersi per presentes me Johēm Atwode de Estelbury in com Esser yoman remisisse, relaxasse et omnino de et pro me et executoribus meis imppetuū quiet clamasse W. Shale al dict W. frere de Kyngeston sup Thames in com Surr valect corone dni regis et Henrico Monye clerico omnes et omnimod actiones sectas querelas debit debat compot conuenc calumpn transgr execuc et demand qualescunq quas versus ipsum W. et Henricum habui habeo seu quouismodo in futur habere potero ratione seu causa quacunq ab origine mundi vsq in diem confectionis presentiū sigillo meo sigillat dat decimo die Nouembris anno regni Henrici octaui dei gr̄a Anglie et Francie regis fidei defensoris et Dn̄i Hibern post conquestū Anglie quintodecimo remisit, relaxauit, et omnino de et pro se et executoribus suis imppetuum quiet clam eidem W. ac prefat Henrico omnes et omnimod actiōes sect querelas debit debat compot conuentiones calumpn transgr executiōes et demand quecunq que versus ipm W. Shale et Henricum ante tunc seu adtunc habuit seu quouismodo extunc in futur habere possit ratione seu causa quacunq a principio mundi vsq in diem confectionis eiusdem scripti relaxationes et hoc paratus est verificare vnde petit iudicium si predicti executores actionem suam predictam versus eum habere debeant ꝛc. et predicti executores dic ꝙ ipsi per aliqua p̄alligat ab actione sua predicta hend p̄cludi non debent quia dic ꝙ p̄dictum relaxationis non est factū ipsius

Johis

I. A. et hoc pet q inquirat per patriam et p̃dictus Willms Whale simlit id. xii. &c.

In trñs p insult et imprisonament quer def. iustific virtute cuiusd warrãti sibi direct per iustic pac de se bene gerendo et quo ad insult de insult ppio quer.

¶ Defend. vem et defend. vim & iniur &c. et idẽ W. Whalve quo ad totã transgr &c. non culpabil &c. Et Henric Hutt quo ad venire vi & armis et quicquid quod est cõtra pacẽ &c. nõ culp et quo ad resid. actio nõ &c. q2 dic q diu ante tẽs quidam Ricard Fitzlowys miles existens vnus iustic dñi regis ad pacem in dicto com Essex conseruand. vicesimo nono die Marcii anno. iii. H. viii. vndecimo apud Thorntoñ in eodẽ com dixerit quoddam warrãtũ suum sigillo suo sigillat Ballivo libertatis abbatisse de Berkyng infra com p̃d. ac constabulariis ville de Bulfañ p̃dict ceterisq3 ministris domini regis infra com p̃dict tam infra libertates q extra et eorum cuilib3 recitãs per idem warrantum q cum in statuto domini regis Edwardi tercii post conqu anno regni sui. xxxiiii. apud Westm̃ edito inter cetera cõtineat q iusticiarii pacis in quolib3 com Angl hẽant potestatem arrestare et capere malefactores riotores & oẽs alios barrectores pacis et eos debito modo castigare secũdum suas transgressiões vel misprisiones et etiam possũt capere omnes qui non sũt de bona fama vbi fuerunt inuent ad inueniend. securitatem et manucapt de se bene gerendo versus dominũ regẽ et cunctum pplm suum prout in statuto predicto plenius continet. Et quia predictus Matheus Hoptoñ de Bulfañ p̃d. Husbandman non fuit de bona fama sed malefactor riotor barrector pacis perturbator et oppressor quampluribus legiis domini regis in eodem com prout idem Ricardus Fitzlowys per relacionem et testimoniũ multor fide dignorum accepit. Ideo predictus Ricardus Fitzlowys ex parte dicti domini regis p̃fat ballivis Const ac ceteris ministris domini regis et eor cuilt p̃cepit q predictũ M. si inuentus fuisset in com p̃d. coram p̃fat Ricõ F. vel vno sociorum suor iustic domini regis ad pacem in com p̃d. venire compellant ad inueniend. suffic securitat et manucapt de se bene gerendo versus dominum regem et cunctũ populum suum secundum formam statuti p̃d. Et si hoc recusauerit tunc eum capiant et vsq3 gaolam domini regis Castri sui Colcestr in com p̃d. duci faciant ibidem moraturũ quousq3 securitatem predict et manucapt inuenire voluerit, quod quidem warrantũ deliberat fuit eidem Henr Hutt apud Bulfañ predict decimo die Aprilis ãno regni R. H. viii. vndecimo eodẽ Henrico tũc Const ville illius ac tempore transgr et semp postea existenti per quod idem Henricus vt Constabularius ville predicte dicto tempore transgr &c. existens venit ad p̃fatum Matheum virtute precepti predicti eum tunc et ibidem requirendo ad veniend. coram p̃fato Ricardo Fitzlowys vel alio iustic domini regis ad pacem in com p̃d. ad inueniend. sufficient securitatem de se bene gerendo versus dominum regem et cunctum populũ suum secundũ formam statuti et warranti predicti et predicti Matheus et Agnes vxor eius sup eundem Henr de iniuria sua propria insultum fecerunt et eum verberasse extunc et ibidem voluissẽt per quod idem Henric adtunc et ibidem seipsum defendebat et si aliquod malum adtunc euenebat eisdem quer hoc fuit de insultum eorum proprio et in defensione dicti def &c. Et hoc &c.

Essex Det sup obligat bille et sup diuers contract cũ responsi oe inde.

¶ Radũs Haymañ nuper de Middeltoñ iuxta Setyngborñ in com Kanc alias dictus Radũs Heyman de Miltoñ iuxta Setyngborñ in com Kanc yoman alias dcũs Radũs Heyman de Miltoñ sum̃ fuit ad respondend. Cristofor Hales alias dicto Cristofore Hales the Kynges solisit executori testamenti Johannis Cheney Gentylmañ alias dicti Johannis Cheney nup de Syttyngborñ dum vixit in com Kanc armigr et Johanni Poyntz armigero et Anne vxori eius nuper vxori dicti Johãnis Cheney coexecutrici predicti Cristoferi testamenti predicti de plito q reddat eis. xiii. libras decem et septem solidos et duos denarios quos eis iniuste detinet &c. Et vnde iidem Cristoferus Johannes Poyntz et Anna per Thomam Mountgomey attorñ suum dic q cum predictus Radũs quartodecimo die Octobris anno regni domini Regis nunc vndecimo apud M. per quoddam scriptum suum obligatorium concessisset se teneri p̃fat Johanni in vita sua in decem libris de predictis tresdecim libris decem et septem solidis et duob denariis soluend. eidem Johi in festo Natalis domini tunc prox. sequen. Et etiam cum p̃dictus Radũs quartodecimo die Octobris ãno regni dci dñi regis nunc quintodecimo apud M. p quandã billã suã obligatoriã q

iidem

iidem Cristoforus Johēs Poyntz et Anna sigillo pdicti Radi sigillat hic in cur' pro ferunt cuius dat est eisdem die et anno cognouisset se debere pfat J. in vita sua quadraginta et nouem solidos et octo denarios de pdictis tresdecim libris dec et septem solidis et duobus denariis soluend eidem J. in festo Natalis dni tunc px. sequẽ. Et ad eandem solutionem bene et fideliter faciend obligasset se heredes et executores suos per eandem billam acetiam cum pdictus Radus sexto die Maii anno regni domini regis nunc decimo septimo apud M. emisset de prefato Johanni in vita sua sex doliola de seruisia voc sex kylderkins of syngle bere quatuor doliola de duplici seruisia voc iiii. kylderkyns of dubbyll bere et vnum dolium salis p decem et septem solidis et sex denariis de predictis tresdecim libris decem et septem solidis et duobus denariis soluend eidem J. cum inde requisit fuisset. Et iã cũ pdictus Radus tertio die Maii anno regni dicti dni regis nunc. xii. apud M. mutuatus fuisset de prefat J. Cheyney in vita sua decem solidos de predictis tresdecim libris decem et septem solidis et duobus denariis resid soluend eidem Johi similiter cum inde requisit fuisset, pdict' tamen Radus licet sepius requisit pdictus tresdecim libras decem et septem solidos et duos denarios prefat Johi in vita sua nec eisdem Cristoforo et Anne post mortem ipsius Johis dum eadem Anna sola fuit neque eisdem Cristoforo Johi Poyntz et Anne post desponsalia inter eosdem Johēm et Annam celebrat non reddidit sed ill eis reddere contradixit ac ill eisdem Cristoforo Johi Pointz et Anne adhuc reddere contradic ac iniuste detinet vnde dicit q deteriorat sunt et dampnum hnt ad valenciam decem marcarum et inde pduc sectam zc. et proferunt hic in curia tam scriptum predictum quod pdictum debitum dec librarũ in forma pdicta testatur cuius dat est p dicto quartodecimo die Octobris anno vndecimo supradicto q lras testamentarias pdicti Johis Cheyney per quas satis liquet cur' hic ipsos Cristoforum et Annã fore executores testamenti pdicti. Et inde hẽre administrationem zc. Et pdictus Radus p Johēm Foule attorn suũ venit. Et def vim et iniur' quando zc. et quo ad dec libras quas pdicti Cristoforus Johēs Poyntz et Anna virtute scripti pdicti superius exigunt versus eum idem Ricũs pet audit scripti illius. Et ei legitur zc. pet etiã audit indorsamenti eiusdem scripti et ei legitur in hec verba. The condicion of this obligacion is suche that yf the abouebonden Raffe Haymã his heyres executours or assignẽ paye or cause to be payde to the abouenamed Johñ Cheyney hys executours or assignes. iiii. li. of lawfull money of Englande in maner and forme folowynge that is to say at the sayd feste of the Natiuite of our Lorde next folowyng after the date of this presentes. x. s. at the feste of the Annunciacion of our Lady then next folowynge. x. s. at the fest of the natiuite of saynt J. the baptiste then next folowynge. x. s. at the feste of saynt Mychel tharchangell then next folowinge. x. s. and so from feste to feste at euery of the sayd festes quarterly. x. s. vnto the tyme the sayd. iiii. li. vnto the sayd J. Cheyney his executours or assignes be fully satisfyed content & payde that then thys present obligacion for nothynge to be had or els to stande & abyde in hys ful strength and vertue. Quibus lectis et audit idem Radus dic q pdicti Cristoforus J. Pointz et Anna actionem suam pdictam versus eum habere non debent quia dic q ipse soluit prefat J. Cheyney in vita sua omnes et singulas denariorum sũmas in indorsament predicto ad predict festa in eodem indorsamento superius spec soluend quas ipse ad eadem festa prefat Johanni soluisse debuit secundum formam et effectum indorsamenti illius videlicet apud in comitatu predicto. Et hoc paratus est verificare vnde pet iudicium si pdicti Cristoforus J. Pointz et Anna actionem suam pdictam inde versus eum hẽre debeant. zc. Et quo ad quadraginta et nouem solidos et octo denarios quos predicti Cristoforus Johēs Pointz et Anna virtute bille predicte supius exigunt versus eum idem Radus dic q ipse de eisdem quadraginta et nouem solidis et octo denariis virtute bille pdicte onerar' non debet quia dic q billa illa non est fcm suum et de hoc ponit se super patriam et predicti Cristoforus Johēs Poyntz et Anna similiter et quo ad viginti et decem et septem solidos et sex denarios de pdict. xiii. li. et decem et septem solid & duob' denar' resid quos pdict C. J. P. & A. tam virtute de bargania pdicta q et mutuo pdicto supi' exigunt versus eum idem

Radus dic φ ipse non detinet p̄fat C. J. et Anne eosdem viginti decem et septē solidos et sex denarios nec aliquē denariū inde in forma qua p̄dicti Cristoferus J. & A. superi9 versus eū narrauer9. Et de hoc pon̄ se sup p̄riā et p̄dicti Cristofer9 & A. similit. Et p̄dicti Cristoferus J. P. et A. dic φ ipsi per aliqua p̄allegat ab actione sua p̄dicta de p̄dictis decē libris quas idē Cristoferus et J. et A. virtute scripti p̄dicti superi9 exigunt versus p̄fat Radū hēnd̄ p̄cludi non debēt quia p̄testando φ p̄dict9 Radus non soluit p̄fat Johanni Cheyney in vita sua aliquas denarioꝝ sūmas in indorsamento p̄dicto supius spec̄ put idem Radus superius allegauit p̄ plito dic φ p̄dict9 R. non soluit p̄fat J. Cheyney in vita sua decē solidos in p̄dicto fest sancti Michaelis archi anno regni dn̄i regis nūc tertiodecimo quos et in eodem festo soluisse debuit secūdū formā et effcm̄ indorsamēti p̄dicti put p̄dict9 R. supius allegauit & hoc parati sūt verificare vn̄ pet iudiciū et debitū suū p̄dictū vna cū dāpnis suis occōne detentiōis debiti illi9 sibi adiudicari ꝛc. Et p̄dict9 R. vt prius dic φ ipse soluit p̄fat J. in vita sua p̄dictos decē solidos in p̄dicto festo sancti M. archi anno tertiodecimo supradicto quos et in eodē fest soluisse debuit secundū formā et effectum indorsamenti predicti put ipse superius allegauit et de hoc pon̄ se sup patriam et p̄dicti Cristoferus Johannes Anna similiter ideo. xxi. in crastiñ Pur9.

In auowry d f aduoc captionē aueriorū p̄dictū et certis quartiis frumēti aretro existeñ ubi def. dimisit teñ querenti p termino ānorū reddēdo reddit et frumēti etc.

¶ Thomas Brokeman sum̄ fuit ad respond̄ T. Childe de plito quare cepit aueria ipsius Thome Childe et ill̄ iniuste det̄ contra vad̄ et pleḡ ꝛc. et vnde idē T. Childe per T. M. attorn̄ suum queritr̄ φ p̄dictus Thomas Brokeman. xvi. die Januarii anno regni H. viii. xix. apd̄ Witham in quodā loco voc̄ Pozes hall cepit aūia videlicet octo bouicul̄ et sex vaccas ipsi9 T. Childe et ill̄ iniuste det̄ contra vad̄ et pleḡ quousq; ꝛc. vnde dic φ deterioꝛat est et dampnū hēt ad valenc̄ C. s. et inde p̄duc̄ sectā Def̄ bene aduoc̄ captionem aueriorum p̄dictorum in p̄dicto loco in quo ꝛc. et iuste ꝛc. q; dic φ locus in quo ꝛc. est et tēpore cap̄ et a tempe cuius contrarii memoria hominum nō existit fuit p̄cella manerii de Powerishall in eadem villa vnde ante cap̄ idem def̄ fuit seisitus in dn̄ico suo vt de feod̄ et sic seisit ante captionē scz. xv. die Septembr9 anno regni dicti regis nunc quintodecimo apud M. dimisit mañium p̄dictum cum ptiñ cuidā J. Benet hēnd̄ sibi et assign̄ suis p termino. vii. annorum extūc p̄xi. seqū et plenarie complend̄ reddendo inde annuatim eidem def̄ et assign̄ suis. ix. li. ad festa sancti Michael̄ archi et Annūciationis beate M. p equales portiones ānuatim soluend̄ necnon quadraginta quarteria ordei et quinq; quarteria frumenti eid̄ def̄ inter festum sancti Michaelis archangeli et festum Purificatione beate Marie ānuatim deliberand̄ virtute cuius dimiss̄ idem Johannes Benet fuit de manerio p̄dicto cum ptiñ possessionat postea q; et ante captionem idem J. B. condidit testamētū & vlt voluntatē sua et p eadē constituit quandā A. vxorē suam fore executricem testi sui et inde hēre administrationem et obiit post cuius mortē eadē Alicia vt executrix testi ipsius Johannis Benet fuit de mañio p̄dict cū ptiñ possessionat que quidā A. postea et ante captionē cepit in virū p̄dictū T. Childe et quia quadraginta quarteria ordei et quinq; quarteria frumenti int̄ festa sancti M. archi et Purific̄ eidē def̄ aretro fuerūt non deliberat idem def̄ pro quinq; quarteriis ordei de p̄dictis quadraginta quarteriis ordei et quinq; quarteriis frumenti sibi sic aretro existeñ non deliberat eodem tempore quo ꝛc. idem def̄ bene aduoc̄ captionem aueriorum p̄dictorum in p̄dicto loco in quo ꝛc. et iuste ꝛc.

In det vers sus execut in plēt plene administ.

Et p̄dicta J. p J. Foule attorn̄ suū defñ. Et defend̄ vim et iniur9 quando ꝛc. et dic φ p̄dicti J. Poyntz et Anna actionē suā p̄dictā versus eam hēre non debeant quia dic φ ipsa plene administrauit omnia bona et catalla que fuerūt p̄dicti T. Chiclowe tēpore mortis sue. Et φ ipsa nulla habet bona seu catalla que fuerunt eiusdē Thome tempore mortis sue administrand̄ nec hūit die impetratiōis bris originalis p̄dictorū Johis et Anne nec vnq; postea. Et hoc parata est verificare vnde pet iudiciū si p̄dicti Johannis Poyntz et Anna actionē suam p̄dictam versus eam hēre debeant ꝛc. Et p̄dicti Johannes et Anna dic φ ipsi per aliqua p̄allegat ab actionē sua p̄dicta hēnd̄ p̄cludi non debent quia dic φ p̄dicta Johanna die impetrationis breuis originalis ipsorū J. et Anne scilꝫ vndecimo die Octobr9 āno regni dn̄i regis nūc. xxi. hūit di-

habet diuersa bona & catalla que fuerunt predicti T. tempore mortis sue in manibus suis administrand ad valentiam debiti predicti vnde eisdem J. Poyntz & Anne de debito illo satisfecisse potuit videlicet apud Norwokyngton in com predicto et hoc pet quod inquirat per patriam et predicta Johanna similiter, ideo precept est vic quod venire fac hic in octabis sancti Hillarii &c. per quos &c. et qui nec &c. ad recogn &c. quia tam &c.

¶ Def bene aduoc captionem auerioru in predicto loco in quo &c. quia dic quod ante captionem predict Willus Sandell fuit seisit de vno mes lx. acris terr et xl. acr pasture cum ptin in Barstildon predicta vnde predict loc in quo &c. est et eodem tpe quo &c. fuit parcell in dnico suo vt de feodo et eadem ten cum ptin tenuit de prefat J. P. vt de manerio suo de Norwokyngton in com predicto per fidelitatem et redditum xiiii. s. ii. d. ad festa sci Mi. & Pasche equis porcionibus annuatim soluend necnon per seruitium faciendi sectam ad cur ipsius J. P. manerii sui predicti de tribus septimanis in tres septimanas apud manerium illud annuatim tenend de quibus seruitiis dict J. P. fuit seisitus per manus dicti Willi Saundell vt per manus veri tenentis sui videlicet de fidelitate et sect cur predictis vt de feodo & iure de redditu predicto in dominico suo vt de feodo et quia viginti et vnus solidi et tres denarii de redditu predicto pro vno anno et dimid finit ad festum Pasche pxi. preterit ante predictum tempus quo &c. eidem J. Poyntz aretro fuerunt non solut idem J. P. bene aduoc captionem auerior predictorum in predicto loco in quo &c. vt in parcella predictorum ten de ipso Johanne Poyntz in forma predict tenent et iuxta feodum suum &c. — Auowry pro rent seruic.

¶ Et predictus Robert Saunder bene aduoc et predict Radus vt balliuus ipsius R. bene cogn captionem auerioru predictorum in predicto loco in quo &c. et iuste &c. quia dic quod ante captionem quidam R. Belep nup magr hospitalis sci B. in Smythfeld London fuit seisitus de lx. et decem acris tre in eadem villa vnde dict locus in quo &c. est & tunc fuit percella in f. in iure Hospitalis sui predicti et sic seisitus ill tenuit de quodam Willo Fitzlowis armigr vt de manerio suo de gua Bromford in com predicto per fidelitatem et redd x. s. et x. d. eidem W ad festa Pasche et sancti M. archi equis porcionibus annuatim soluend necnon per seruitium faciend sectam ad cur ipsius W. manerii sui predicti de tribus septimanis in tres septimanas apud manerium illud annuatim tenend de quibus seruitiis predictus W. F. fuit seisitus per man predicti magistri vt per man veri tenentis sui videlicet de fidelitate & secta cur predictis vt de feodo & iure ac de redd predicto in dnico suo vt de feodo postea & ante predictum temp quo &c. predicto W. F. sic de predict manerio cum ptin seisit existen idem W. ante idem temp quo &c. videlicet secundo die Junii anno regni dni regis nunc septimo apud Ramesdon Belhous predictam dimisit manerium predictum cum ptin ac oia terras et ten reddit et seruitia sua eidem manerio ptin siue spectan cuidam R. Saunder patri predicti R. S. iam aduocant hered sibi executoribus et assign suis a festo sancti M. archi quod esset in anno dni mill quingentesimo decimo septimo vsque finem termini xx. annorum extunc pxi. sequent & plenarie complend virtute cuius dimissionis predict R. S. fuit inde possessionatus &c. super quo tenentes eiusdem manerii prefato R. S. patri se attornauerunt videlicet apud manerium predictum et sic poss idem R. S. pat postea et ante cape apud Ramesdon predictam fecit et constituit predictum Robertum Saunder filium suum execut testamenti et vltime voluntatis sue et obiit post cuius mortem idem Robert Saunder fil in manerium illud cum pertin ante captionem intrauit et fuit inde poss postea predictus Robert B. nuper magr obiit post cuius mortem quidam Alex Colpys nunc magister hospitalis illius debite electus fuit et prefectus. Et quia de redditu predicto eidem R. S. fil p   annis finit ad festum sancti M. archi pxi. preterit ante temp quo &c. idem R. bene aduocat et predict Radus vt balliuus ipsius Robert bene cogn captionem auerior predictor in predicto loco in quo &c. p eisdem   sic aretro existen sup predictum   nunc magistrum dict hospitalis vt sup tenent ipsius R. modo et forma predictis. Et iuxta feodum ipsius R. — Auowry fect p vnum firmar rum p rent seruic ubi ten maneriu cum redditib ad firma cu attornament tenentium.

Et predictus Dauid per Thomam Gardyner attorn suum defi & defend vim et iniur quando &c. et pet audit scripti predicti et ei legit &c. pet etiam auditum indorsament eiusdem scripti et ei legit in hec verba. The condition &c. quibus lectis et audit idem Dauid dic quod predictus Johannes actionem suam predictam versus eum hre non dz, quia dic quod indentur predicte in indorsamento predicto supius spec fcte fuer die & anno supradco apud Corryngham predict int eund D. p nomen D. J. ciuis & pistoris London ex vna pte & prefat — Def sup obligac def plita inactuc de venditione frumenti in exonatione obligac

Johannem per nomen Johannis Stuarde de Coryngham in com̄ Essex yomā ex altera parte cuius alteram partē sigillo predicti J. signat̄ idē Dauid hic in cur̄ profert cui⁹ dat̄ est eisdē die ⁊ anno p̄ quam testatū existit ꝗ idē D. die ꝯfectiōis indēture p̄em bargainzasset et vendidisset et p̄ eandē indenturā barganizauit et vēdidit p̄fat̄ J. S. quadraginta quarteria frumēti boni dulcis ⁊ m̄chandizabilis q̄quidē quadraginta quarteria frumēti p̄dict⁹ D. conuenisset et ꝯcessisset p̄ eandē indenturā ad deliberand̄ seu deliberari causand̄ p̄fat̄ J. execut̄ seu assign̄ suis libere ad aliquē locum voc̄ a Wharff siue key int̄ westm̄ et pontē London̄ secūdū mēsurā aqualē in ciuitate London̄ vsitat̄ an̄ festū Pasche px̄i. sequē dat̄ indēture p̄dicte absq̄ ꝯtradictiōe siue dilatiōe. Et p̄dict⁹ J. ꝯuenisset ⁊ ꝯcessisset p̄ eandē indēturā q̄ ipse executores siue assign̄ sui sup̄ monitiōe triū dierū p̄ p̄fat̄ D. execut̄ siue assign̄ suos T. Spenser ciui ⁊ pistor̄ London̄ dand̄ parat̄ essēt ad recipiend̄ et recipient omnia quadraginta quarteria frumenti si ipsa forēt parat̄ ad deliberand̄ mō ⁊ forma p̄dictis p̄ quorūquidē oīm p̄dictorum. xl. quartiorū frumēti bargania et p̄ deliberatiōe eorūdē modo ⁊ forma p̄dictis, predict⁹ J. ꝯuenisset ⁊ ꝯcessisset p̄ eandē indēturā ad soluend̄ seu solui faciend̄ p̄fat̄ D. execut̄ siue assign̄ suis pro oībus p̄dcis. xl. quarteria frumēti. xx. et. vii. li. et. xv. s. bone et legal̄ monete Angl̄ infra tres dies px̄i. post deliberationē eorūdē absq̄ fraude ꝯtradictiōe seu vlteriori dilōne p̄uiso semp̄ et ꝯuentū ꝯdescensū ⁊ agreatū fuisset int̄ partes p̄dictas q̄ si altera ps partiū p̄dictarū aliquo tp̄e extunc imposterū denegasset et recusasset ad p̄implend̄ ⁊ p̄formand̄ eorū barganas cōuētiones cōcessiones et articulos content̄ et spec̄ in indētura p̄dicta q̄ tūc pars sic denegans siue recusās incōtinēti forisfaceret ⁊ solueret alteri quadraginta solidos sterlingorū absq̄ ꝯtradictione siue dilatione soluend̄. Et tūc et extūc deinceps p̄dicta indentura et quelt cōuentiones concessiones solutiones et articuli in eadē content̄ essēt penitus vacue et nulli⁹ effcūs put per eandē indēturā plen̄⁹ apparet. Et idē D. dic̄ q̄ ipse post confectionem indenture predicte et ante p̄dictum festū Pasche in indentura predicta supius spec̄ scilicet. x. die Marcii anno regni domini regis nunc. xx. apud le wharff voc̄ in London̄ quiquidē wharff est int̄ Westm̄ et pontē London̄ deliberauit p̄fat̄ J. p̄dicta xl. quarteria frumenti boni dulcis ⁊ m̄chandizabilis secūdū mensurā aqualē in ciuitate London̄ p̄dicta vsitat̄ que eidē J. ante p̄dict̄ festū Pasche deliberasse debuit secundū formā et effcm̄ indēture p̄dicte. et hoc parat⁹ est v̄ificare vn̄ pet̄ iudiū si p̄dict⁹ J. actionē suā p̄dictā v̄sus eū hēre debeat ⁊c. Et J. dic̄ q̄ ipse p̄ aliqua p̄allegat̄ ab actione sua p̄dcā hēnd̄ p̄cludi nō debet q̄ dic̄ q̄ p̄dictus D. post ꝯfectionē indenture p̄dicte et ante p̄dictū festū Pasche in indentura predicta superius spec̄ nō deliberauit eidē J. p̄dicta quadraginta quarteria frumēti boni dulcis et m̄chandizabilis secundū mensurā aqualē in ciuitate London̄ p̄dicta vsitat̄ que eidē J. ante idem festū Pasche deliberasse debuit scdm̄ formā ⁊ effcm̄ indēture p̄dicte p̄ut p̄dictus D. superi⁹ allegauit. Et hoc pet̄ q̄ inquirat̄ per patriam. Et predictus Dauid similit̄ ideo. xii. ⁊c.

¶ Actio nō quia dic̄ ꝗ post ꝯfectionē indenture p̄dicte videlꝫ decimo die Marcii āno predicto et sic de die in diē ꝯtinue vsq̄ ad dict̄ festū P. tūc px̄im̄ sequē dict⁹ def̄ apud London̄ ad quoddā wharffū voc̄ Brokyswarf existen̄ int̄ westm̄ p̄dictū et pontē predict̄ hūit dicta quarteria frumēti boni dulcis et m̄candizabil̄ et s̄m mēsurā aqualem in ciuitat̄ London̄ vsitat̄ parat̄ ad deliberand̄ p̄fat̄ quer̄ et quamc̄ dict̄ def̄ dcō die Marcii apud warffū p̄dictū inde dedit dicto T. Spens̄ monitionē p̄dictus tamen quer̄ nec aliqua alia persona nomine suo ibm̄ paratus siue parat̄ fuit ad recipiend̄ dict̄ quadraginta quarteria frumenti et hoc ⁊c.

¶ Precludi nō, q̄ ꝯcessando q̄ p̄dict⁹ def̄ nō p̄formauit et p̄impleuit aliquas cōuēctiones ꝯcessiones et artilos in indentura p̄dicta spec̄ p̄ plito dic̄ q̄ idē def̄ post cōfectionem indēture p̄dicte ⁊ ante dcm̄ festū Pasche in eadē indentura spec̄ scꝫ quinto die Marcii anno vicesimo sup̄adicto apud London̄ in parochia in warda dedit monitionē dicto T. Spenser. Et p̄dict⁹ quer̄ infra tres dies sup̄ monitionem illā dat̄ scꝫ septimo die Marcii extūc px̄im̄ sequē anno p̄dicto apud London̄ in parochia ⁊ warda p̄dictis accessit ad p̄fat̄ def̄ et ipsū adtūc requisiuit ad deliberand̄ eidē quer̄ p̄d. xl. quarteria frumēti s̄m formā ⁊ effcm̄ indēture p̄dc̄. Et hoc facere idē def̄

adtunc

adtunc penit denegauit et recusauit. Et hoc &c. pdict9 def nō negauit modo & forma

¶ Actio non, quia dic q̄ diu anteq̄ quer aliquid habuit in ten̄ pdicta et an dimissionem pdictam fact quidā Thomas Semer de Walden fuit inde seisit in feodo et sic inde seisit de tali statu obiit protestand seisit9 post cui9 mortē ten̄ pdict cum ptin̄ descendi cuidam leticie modo vxori J. Pole vt consang et heredi pdicti T. Semer videlicet vt filie J. fil et hered dicti T. Semer p quod idem J. Pole et letitia in iure &c. ante idem tempus quo &c. in ten̄ predicta intrauerūt et inde fuerūt seit in feod in iure ipsius letitie quousq dictus quer J. et letitiam inde disseisiuit p quod idē quer fuit seisitus de ten̄ pred cum pertin̄ in feod p disseisinā &c. Et sic inde seisit p disseisinā illā postea scilt eodē tempe quo supponit dimissionē pdictā fieri dimisit ten̄ illa pfat def hēnd sibi in forma pred &c. sup cuius quidem def possessionē inde iidem Jo. Pole et letitia in iure &c. postea et ante dctm̄ diem solutionis reddit pdict in ten̄ pred reintrauerūt et fuer inde seisit in feod in iure &c. ante quē quidē tempr nihil de reddit pdicto pfat quer fuit aretro non solut &c. Et hoc &c.

In det sur un lees pur terme dans def. dit q̄ quer nihil hūit in ten̄ nisi p disseisinam.

